Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Evangelienlesung nach Markus

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

contumeliae; quare nitatur iustus merita
propriis beneficiis caelestibus coaequare.
nitatur et peccator uitia quae exerce
bat horrere; ille augmentis semper uitae
increscat. hic peccata damnando ius
titiam quam non amabat exerceat;
iustus meliorata uita proficiat; pecca
tor corrigat et uiuificat; ille bonis tribu
at salutare exemplum. hic malis os
tendat correctionis remedium; ille
praemia meriti sui expectet. hic suppli
cia semet corrigendo declinet; sic
fit ut et iustus gloriam bene uiuendo
adquirat. et peccator correctus in
dulgentiam diuina pietate percipiat

Lectio sancti euangelii secundum Matheum.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Si
mile est regnum caelorum homini patri
familias. qui exiit primo mane con
ducere operarios in uineam suam
et reliqua. Item omelia beati Gregorii
pape de eadem lectione.

In explanatione sua multa colloquen
dum sancti euangelii lectio postulat quam
si uolo possum sub breuitate perstringere.
ne uos et extensa processio et prolixa
expositio uideatur onerare; Regnum
caelorum patri familias simile dicitur.
qui ad excolendam uineam suam opera
rios conducit; quis uero patris fami
lias similitudinem rectius tenet.
quam conditor noster. qui regit quos condidit.
et electos suos sic in hoc mundo possidet.
quasi subiectos dominus in domo; qui ha
bet uineam. uniuersalem scilicet ecclesiam.
quae ab abel iusto usque ad ultimum electum
qui in fine mundi nasciturus est. quot
sanctos protulit. quasi tot palmites misit; hic
itaque pater familias ad excolendam uineam
suam. mane. hora tertia. sexta. nona.
et undecima operarios conducit.
quia a mundi huius initio usque in finem.
ad erudiendam plebem fidelium. prae
dicatores mittere non desistit;
mane etenim mundi fuit ab adam
usque ad noe; hora uero tertia a noe usque
ad abraham; sexta quoque ab abraham usque
ad moysen; nona autem a moyse usque ad
aduentum domini; undecima uero ab aduen
tu domini usque ad finem mundi; in qua
praedicatores sancti apostoli missi sunt. qui merce
dem plenam et tarde uenientes acce
perunt; ad erudiendam ergo dominus
plebem suam. quasi ad excolendam uine
am suam. nullo tempore destitit ope
rarios mittere; quia et prius per patres.
et postmodum per legis doctores et prophetas.
ad extremum uero per apostolos dum plebis suae mo
res excoluit. quasi per operarios in uineae cul
tura laborauit; quamuis in quolibet modulo
uel mensura quisquis cum fide recta bonae actio
nis extitit. huius uineae operarius fuit; opera